



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Nullo discrimine ... usurpantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

proprii, ita soleæ, vel crepidæ,  
pallio & tunicæ. Nota est Ci- Cic. in  
ceronis in Verrem increpatio: Ver. Act. 4.  
Sicut, inquit, soleatus Praetor po-  
puli Romani, cum pallia purpureo,  
tunicaque talari. Hinc, uti certum  
est, non togis sed tunicis usos Ju-  
dæos, quomodo & γυναικες hic no-  
minantur, ita quoque certum vi-  
detur, soleas sive sandalia eos ge-  
stasse, non vero calceos, qui togæ  
erant proprii. Quin nullum di-  
scrimen inter ὑπόδημα & σανδάλια  
agnoscendum esse jam dudum mo-  
nuit magnus ille Desiderius Eras- Erasm. ad  
mus, eumque secuti Theodorus Marc. 6.9.  
Beza, & Hugo Grotius. Quod Beza ad  
sane verum est. Jam superius ob- Matth. 10.  
servavimus apud LXX. interpre- 10.  
tes voci οὐδὲ modo ὑπόδημα modo  
σανδάλιον respondere, & Josephū in Grot. ibid.  
expositione legis de leviratu σανδά- & ad  
λαι dixisse, quæ illi ὑπόδημα. Qui  
& ὑπόδημα vocat Eſſenorū σανδάλια,  
ubi inter eorum instituta refert,  
quod γέτε ἐσθῆτας, γέτε ὑπόδημα ἀνε-  
βαστι πεζοὶ οὐδὲ μετεπέραγον τὸ πεζοτερρεγον:  
Nec uestes, nec calceos, id est soleas,  
mutant, nisi omnino ruptis prioribus.  
Licet vero nullum inter ὑπόδημα

G 5 &

154 De CALCEIS HEBRAOR.

& σανδάλιον discrimen agnoscamus, tamen cum Matthæo non pugnabit Marcus. Nullam aliam esse rationem conciliandi cum Matthæo Marcum pronuntiat quidem Salmasius ὁ πάπυ, id vero aliter esse nos putamus. Noluisse Christum, cum mitteret discipulos ad prædicandum Euangeliū, susceptæ legationis ergo vel tantillum esse sollicitiores, manifestum est. Hinc jubet, ut enque peram, neque binas tunicas, neque calceos, neque baculos sumant. Solitos veteres, cum aliquo profecturi essent, secum sumere χτενῶντας & ἀλασσοφύνας, ut in itinere mutarent, monuit vir summus Daniel Heinlius, atque etiam pauperculos à ditioribus accipere solitos, qui ἀλακτόντας & ἀλασσοφύνας, præsertim in itinere, habebant. Idem notavit vir illustris Hugo Grotius, qui etiam, quia iter facientibus soleæ atterebantur, neque raro fiebat ut baculus frangeretur, in sarcinulis solitos ponere veteres, alias soleas aliquosque baculos, observavit. His omnibus Christus vult abstinere discipulos, reperturos &

vi-

Heins.  
Exerc. S.  
ad Matth.  
10. 10.

Grot. ad  
Matth.  
10. 10.